

2225

A S C E T I C I

2226

*Ich such Christum allain Im gaisst
 Er sucht Christum leiplich Im flaysch
 Ich such Gotts reich In Christus plut
 Das er am Creutz vergiessen thut
 Für meine sünd, mein glaub bekennt
 Er sucht Christum Im Sacrament &c.*

Alius inscribitur *der Schalcksstull* e *Psal. I. v. 1.* et Alii quidam breviores. Autor nullibi proditur.

DLXXXIII.

718 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 69. 4. luculente exaratus, rubricis distinctus, et ad calcem ita signatus: *Daniel van Zürck. Anno 1636. In Hamburg;* continet: I. dialecto Germaniae infer. Tractatum de quatuor *Novissimis*, quem jam Cod. gemino praeced. inscriptum *Cordiale* vel etiam *Cardinale* indicavi. Init ille: *Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Dese woerde* — — sed cum Folium hic non nihil conceptum fit, adscribam *Capitis 1.* cujus Rubrica: *Die erste capittel van der lichaemliker doot*, initium: *Di erste van desen IV. vtersten Dat den menschen &c.* Finis: *Och of sij smaeden en verstonden En die vterste dinghen voersaghen.* Non semel editus Libellus Sec. XV. ut dixi ad *Codd. supracit.* ubi etiam de Autore conjectavi.

II. fol. 43. *Dit es boe een geestelic mensche sinem Vrient Enen goeden brief sant.* Quasi dicas Epistolam ab Homine pio ad

Amicum datam, qua contemptus Caducorum, metus aeterni supplicii &c. ingeritur, adjunctis *tribus* aliis Documentis: de Fundamento Vitae spiritualis, de cogitando Deo, et de vitando Peccato. Initium: *Lieue orient in gode ghemint. Wilt altoes voer ogen hebben dat eweghe goet dat god es &c.*

III. fol. 49. *Dit syn die beilege X. gebode.* Itaque Expositio Decalogi, quae incipit: *Sente matheus die ewangeliste screef in der beilegben ewangelien die men leest in groot vastelauonde Dat ons ber ihesus christus sprac Totten viant Zathanas Men sal enen god aenbeden &c.* Cum Evangelium de Tentatione Christi *Matth. C. 4.* legatur in Ecclesia Dominica I. Quadrag. five *Invocabit*, to *Vastelavond*, quod quidam ad diem Lunae post Dom. *Esto mihi* restringunt, autoris nostri aevo cum adposito *groot* ipsam primam Quadragesimae Dominicam significasse videtur. Ac si dicas *magnam Jejunii Vesperam* seu *Vigiliam.*

DLXXXIV.

Codex partim membraneus, 788 partim chartaceus Sec. XV. 8. Folior. nunc 144. currente calamo